ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 22v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nabilium animalium. uel etiam bestiarum in inferiorib;
locis habent. & eorum maxime quorum feritatis saeui
tia nec fidei dulcedo molliuit. superiores uero aliquan
tulo ab his quilibet minus rationis. plurimum tamen
simplicitatis innocentiaeque custodiunt. & sic per singulos
habitationum gradus ascendentibus peruenitur ad ipsum
noe. qui interpretatur requies. uel iustus qui est xpus ihs.
neque enim in illum noe conuenit. quod dicit pater eius lamech;
Hic enim inquit requiem dabit nobis ab operibus. & a tris
titiis manuum nostrarum. & a terra quam maledixit
dns ds. Quomodo enim uerum erit. quod ille noe requiem
dederit illi lamech. uel populo. qui tunc habebatur inter
ris. uel quomodo a tristitiis. & labore cessatum est tem
poribus noe. uel quomodo ablatum est maledictum
terrae quod dederat dns. Vbi potius & iracundia di
uina maior ostenditur. & refestur dicere ds. quia penitet
me quod feci hominem supertemptum. & iterum dicit. Deleam
omnem carnem quae est supertemptum. & super omnia summae
offensae
indicio interitus uiuentium datur. si uero respicias ad
dnm nm ihm xpm. De quo dicitur. Ecce agnus dei.
ecce qui tollit peccatum mundi. & iterum de quo dr. fac
tus pro nobis maledictum. ut nos de maledicto legis re
dimeret. & iterum cum dicit. Venite ad me qui labo
ratis & onerati estis. & ego reficiam uos. & inueni